

„*Dei, sicut aliquando sunt processiones, et portantur Reliquiae à fidelibus, ut impetrent aliquid a Domino. Tunc illa cogitavit: O Deus, qui sunt tales? Et revelati sunt ei nominetenus plures, quorum oratio et devotio pretiosa est in conspectu Domini.*” —

*Cap. CVII.* „De abiectione cuiusdam Fratris, qui huiusmodi causâ exivit Ordinem.” —

„Accidit ita, ut unus Frater bonus et juvenis, sed valde devotus, suadente diabolo, una nocte ab Ordine recederet, non levitate carnis ductus, sed sub specie boni deceptus. Erat enim dictus Frater multum gratosus in conspectu omnium et dilectus. Ille autem timens favorem hominum, ne fortè non posset salvare animam suam in isto favore, cogitavit se abjectum facere, et exivit. Qui mox poenitentia magna ductus, reversus est, veniam postulans. Rumor autem exierat inter vicinos Fratrum, quòd unus Frater exiisset Ordinem, et rediisset. Hoc ut innotuit virgini praedictae, ipsa coepit graviter dolere, et compati Fratribus et Ordini super scandalo, et etiam illi Fratri, nesciens tamen quis esset. Tunc vox divina, quae in ea loquebatur, dixit: *talis Frater est, nominans eum. Ubi ipsa cognovit, quòd tam sanctus juvenis seductus esset, coepit nimium flere. Et vox ad eam: ipse, inquit, graviter peccavit et mortaliter, quia tam citò et faciliter vinci se permisit à diabolo, quòd pecuniam contra puritatem Regulae suae attraxisset et habuisset.*” Der Herr erschien ihr, in seiner Umgebung der Frater, der inständig bat, und scheinbar vom Herrn nicht beachtet ward, aber nicht aufhörte zu bitten. „Tunc illa miserta hujus Fratris, ait ad Dominum: Eja benigne Domine miserere et porrige ei manum tuam. Cumque illa precaretur, et Frater Dominum insequeretur, extendit Dominus manum suam, et rapiens Fratrem per manum allevavit eum in altum dicens: scito, quia amo te non derelinquam te.” —

*Cap. CVIII.* „De majoritate *Sancti Petri* et *S. Pauli.*” — Sie litt an grossem Kopfschmerz — ganz freudig.

*Cap. CIX.* „De *defensione* et *salvatione* negationis *S. Petri* et aliorum discipulorum. — Der Herr entschuldigt sie.

*Cap. CX., CXI. et CXII.* „De *gaudio* et *utilitate*, quam homo habere potest ex devota memoria passionis *Jesu Christi*